.Ne timeas illam que vite eſt vltima finis
Qui mortē metuit qđ viuit ꝑdit idipſum
.Si tibi ꝓ meritis nemo reſpōdet amicus
Incuſare deum noli. ſʒ te ipſe coerce
.Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce
Idqʒ quod ē ſerua. ſemꝑ tibi deeſſe putato
.Quod p̄ſtare potes ne bis ꝓmiſeris vlli
Ne ſis ventoſus cū vis bon⁹ ipſe videri
.Qui ſimulat verbis nec corde ē fidus amic⁹
Tu quoqʒ fac ſimile. ſic ars deluditᷣ arte
.Noli homines blando nimiū ſermone ꝓbare
Phiſtula dulce canit volucrē dum decipit auceps
.Si tibi ſint nati nec opes tūc artib⁹ illos
Inſtrue. quo poſſint inopem defendere vitam
.Quod vile eſt chaꝝ quod chaꝝ vile putato
Sic tibi nec cupid⁹ nec auar⁹ noſceris vlli
.Que culpare ſoles ea tu ne feceris ipſe
Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum
.Quod iuſtū eſt petito. vel qđ videatᷣ honeſtū
Nam ſtultū eſt petere qđ poſſit iure negari
.Ignotum temet noli p̄ponere notis
Cognita iudicio cōſtant. incognita caſu
.Cum dubia incertis verſetur vita periclis
Pro lucro tibi pone diē quicūqʒ laboras
.Vincere cum poſſis interdū cede ſodali
Obſequio quoniā dulces retinētur amici.
.Ne dubites cū magna petis impēdere parua
His etenim reb⁹ coniūgit gratia charos